

xerit ignorat. Cujus tamen verania nonnunquam per sa-  
pientium modestiam facilimè suffertur, atque ex tempo-  
re soperit.

*Domum hominis dilata viam ejus: & ante principes spa-  
tium ei facit.* Domum charitatis: five aliarum virtutum:  
quas à Domino fidèles accipiunt: dilata viam actionis eorum:  
qua quò magis grata spiritus intus replentur: eò la-  
tius foris bonorum operum gressus multiplicantur: atque inter  
magistros Ecclesiæ rectores, in futuro culmen fortinunt honoris.  
Alier: *Domum spiritualis salvatoris quod mundo artu-  
lit, dilatavit viam ejus: quod ad plurimas orbis nationes  
per fidem & dilectionis suæ præsentiam veniret: nec solum  
populos, sed ipsos etiam rerum dominos, concupiscentis re-  
nunciare, ac sibi libenter obtemperare faceret.*

*Iustus prior est accusator sui: venit amicus ejus & investi-  
gabit eum.* Omnis qui verè iustus est, ubi peccantium erra-  
ta conficit, primo ad seipsum oculum considerationis infla-  
bit: dumque suam fragilitatem sollicitus accusaverit, sic de-  
mum ad corripendos alios linguam benignus exerit. Sed ille  
qui sui fidelibus dicens datus est: *Vos autem dixi amicos:*  
qua quæcumque audiri à Patre meo, nota feci vobis:  
venit in cor ejus per præsentiam divinae contemplationis: &  
digna mercede remunerat.

*Contradiciones comprimit fors: & inter potentes quoque di-  
judicat.* Sors est occula & incomprehensibilis prædestinatio  
exdivina regula procedens. Quia inter potentes, hoc est, ele-  
ctos, dum simul propria assignat, dijudicatur.

*Frater qui adiuvatur à fratre, quasi civitas firma: &  
judicia quasi vestes urbium.* De fractu oris viri replebitur  
venter ejus: & genima laborum ipsius saturabunt eum.  
*Mors & vita in manibus lingua: qui diligunt eam, come-  
dident fructus ejus.* Qui inventi mulierem bonam, inventi bo-  
num: & haurierit jucunditatem à Domino. Qui expellit mu-  
lierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram,  
stultus est & insipiens. Cum populus uterque Judeorum si-  
licet & gentium, fraterna sibi in Christo charitate contentit:  
unam jam Catholica Ecclesiæ civitatem construit: & sicut  
vectes urbium portas minunt, ita dogmati utriusque testi-  
menti, Ecclesiæ per orbem, qua unam Catholican faciunt,  
ab infidelium incursione defendunt.

*Cum observationibus loquitur pauper: & dives effabitur  
rigide.* Humilis spiritu, humiliter Dominum adorant: ut  
Evangelicus ille Publicanus: superbi sua merita jaçant, ut  
Phariseus.

*Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quam fra-  
ter.* Credens ex gentibus populus magis amatus est à Do-  
mino, quam Iudaicus sine fide perdurans: in quo secun-  
dum carnem natus est. Postea & de Apostolis ex Iudea  
natis intelligi: quia magis eos amarent credentes ex gentibus  
quam ex sua gente increduli.

## Caput XIX.

**M**EJOR est pauper qui ambulat in simplicitate sua,  
quam dives torquens labia sua & insipiens. Melior  
est simplex auditor verbi Dei: si ea quæ intelligere in scri-  
pturis potuit, operando perficit: quam eruditus quisque si  
in illis que acutè intellexit, ad hæresim prædicandam labia  
retorquet.

*Ubi non est scientia anime, non est bonus: & qui fe-  
tissimus est pedibus, offendit. Animæ quidem humanae, scien-  
tia vita cœlestis est necessaria: quia nimur sine hac beata  
in perpetuum esse non potest, attamen qui effrenatis sensibus  
creavit, hofti potius maligio quam sibi servire considerat.*  
Unde & Moys loquitur: Pœnituit eum quod hominem fe-  
cisset in terra: & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, in-  
quit, hominem quem creavi, à facie terræ.

*Et tecla jugiter perfillantia litigiosa mulier. Domus &  
divitiae dantur à parentibus: à Domino autem propriè uxori  
prudens.* Siec tecla perfillantia pluviam quidem de cœlo  
fufciunt: nec tamen hanc ad utilitatem aliquam disperciunt,  
sed ad molestiam potius inhabitantium derulant: Ita nimur  
hæreticorum Ecclesiæ, ecclesiis domi verborum non  
ad salutem animarum, sed ad suæ usum nequit malè in-  
terpretando, & contra Catholicos litigando convertit. Tecta  
etenim perfillantia, mundas quidem pluviae guttas accipiunt,  
sed sub teclis in domo sordidas reddunt: & hæreticus lim-

sum increpatus à Domino, ad defensionem mox excusando  
refugit, dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit  
mihi de ligno, & comedì. Et ipsa mulier: Serpens, inquit,  
decepit me: Ambo namque in creatorem quod peccaverant,  
retorquebant. Ille quod mulierem, per quam periret, à Do-  
mino lociam acceperit: illa quod Dominus serpente, qui  
se deciperit, in paradise constituerit: quo contra sapiens  
Dominum precatur, ut non declinet cor suum in verbum  
malum, ad excusandas excusationes in peccatis. Sed & ille suos  
supplantans gressus contra Deum ferret animo, qui divina  
imperia per suam inertiā contemnens, infuper ipsum Domi-  
num quasi importabilia hominibus onera impulerit, mente  
reprehendit infanta.

*Divitiae addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi  
quos habuit, separantur. Testis falsus non erit imputatus: &  
qui loquitur mendacia, non effugiet. Multi colunt personam  
potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres omnes paupe-  
ris oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo.  
Divitiae regni cœlestis, quæ per sanctos doctores fidelibus  
tribuendo prædicantur, multos amicos & eisdem prædicato-  
ribus, & earum largitor Domino asciscunt. A philosophis autem  
ceterisque gentium magistris: quia nil certæ beatitudinis in  
futurum norunt promittere: & hi quos habuere separantur,  
videlicet conversi à fidem spemque dominice promissionis  
certissimam.*

*Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem pos-  
seſſerit, diligat animam suam: & cuius prudenter inveni-  
tbona. Et Apostolus ait: Non auditores legis justificabun-  
tur apud Deum, sed factores legis justificabuntur.*

*Falsus testis non erit imputatus: & qui loquitur mendacia  
peribit.* Redarguerat enim qui verba tantum scientia abs-  
que operationis efficacia sectatur: redarguit nunc illum qui  
ipsa verba divina autoritas male interpretando corrumpt.  
Quod autem multa sibi iterantur, firmatis iudicium est:  
ut Joseph somnium regis interpretans ait: *Eo quod sit sermo  
Dei, & veraciter implearer.*

*Non decent stultum delicia, nec seruum dominari principebus.* Non decent hæreticum delicia scripturarum: quia  
beni uti non novit: neque illum qui servus adhuc peccati esse  
probatur, præferit justis in regimine Ecclesiæ.

*Doctrina viri per patientiam noscitur.* Doctrina Ecclesiastica  
per patientiam doctorum quam sit perfecta monstratur: quia  
dum magis afflictionibus ac morti corpus subdere, quam à  
docendi officio cessare, voluerunt: ostendebant utique quantum  
effet salutaris, quam tanta instantia defensare curarunt.

*Alier: Doctrina viri per patientiam noscitur: quia tanto  
minus offendit doctus, quanto convincitur minus  
patiens.* Neque enim potest veraciter bona docendo impen-  
dere, si vivendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Re-  
ète autem subditur:

*Et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Quia nimur per-  
fecti doctoris est sic aliorum improbatem patienter sufferre,  
ut suam quoque fragilitatem noverit ab iniqua actione solerter  
obserbare. Neque enim aut munditia proprie conversationis,  
sine tollerantia sufficit externa perturbationis: aut si qui fortiter  
adversa foris sustinet, intus adhuc enerviter inquis mō-  
tibus ferret.

*Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super  
herbam, ita & hilaritas ejus.* De David Rege dicit, qui in  
iudicio, & hilaris ac blandus iustis, & terribilis apparebat iniustis.

*Dolor patris filii stultus.* Deus qui in sua natura im-  
passibili semper est & placidus, dolere tamen nostro more  
dicitur, cum homines quos ad se credendum laudandumque  
creavit, hofti potius maligio quam sibi servire considerat.  
Unde & Moys loquitur: Pœnituit eum quod hominem fe-  
cisset in terra: & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, in-  
quit, hominem quem creavi, à facie terræ.

*Et tecla jugiter perfillantia litigiosa mulier. Domus &  
divitiae dantur à parentibus: à Domino autem propriè uxori  
prudens.* Siec tecla perfillantia pluviam quidem de cœlo  
fufciunt: nec tamen hanc ad utilitatem aliquam disperciunt,  
sed ad molestiam potius inhabitantium derulant: Ita nimur  
hæreticorum Ecclesiæ, ecclesiis domi verborum non  
ad salutem animarum, sed ad suæ usum nequit malè in-  
terpretando, & contra Catholicos litigando convertit. Tecta  
etenim perfillantia, mundas quidem pluviae guttas accipiunt,  
sed sub teclis in domo sordidas reddunt: & hæreticus lim-

pidissima cœlestis oraculi verba, auditu corporis hatrit: at  
ubi hæ corde polluto attigerit, auditoribus suis forde mixta  
ministrat.

*Piger io immixxit soporem.* Piger appellatur, qui recte sen-  
tendo quasi vigilat: quamvis nihil operando torpecat. Sed  
pigredo immixxit soporem, quia paulisper etiam recte senten-  
di vigilantia amittitur, dum à bono operandi studio cessatur.  
Recte autem dicitur:

*Et anima disoluta esuriet. Qui custodit mandatum, cu-  
stodit animam suam: qui autem negligit viam suam, morifi-  
cabitur.* Nam qui se ad superflua stringendo non dirigit: neg-  
lectum se inferius per desideriū expandit. Et dum studiorum  
subtilium vigore non constringitur, cupiditatis intimæ fame  
fauciatur: ut quo per disciplinam ligari diffimulat, eo se esu-  
tiens per voluntatum desideria spargat.

*Faneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitu-  
dinem suam reddet ei.* Fenus est pecunia ad usum commo-  
dum in corde viri: sed homo sapiens exhaustus illud. Qui  
nunc propter desideria in Dei servitio laboreare neglexit:  
venturo die regni mendicabit: & non dabut ei, quia  
quecumque feminatur homo, hæc & metet. Bene ergo  
regnum Dei recte comparatur, quia tunc mortalioris no-  
stræ nubila transire, & vitæ dies aterni solis claritate fulgeant.

*Multi homines misericordes vocantur: virum autem fide-  
lem quis inveniet?* Multi quidem misericordes presenti in  
sæculo apud homines videntur: virum autem fidem, hoc est,  
qui recta intentione bonum opus faciat, inveniri difficile est.

*Iustus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios  
derelinquet.* Non hoc secundum literam semper stare pos-  
test. Nam & beatus Samuel vir iustus ac simplex, dissimiles  
sui filios reliquit Ezechiam: sed filios justi dicis eos, qui  
exempla iusti sequuntur. Unde nunc omnes electi propter  
fidem, filii dicuntur Abraham, teste Apostolo qui ait: Si au-  
tem vos Christi, ergo semini Abraham estis: quibus beatitudi-  
non hujus facili, sed futura promittitur. Unde recte sub-  
jungitur:

*Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum in tu-  
tu suo.* Etsi enim in hac vita electi mala patientur reprobatur,  
ubi universalis judicii dies apparuerit, omnia mala dissi-  
pientur: non quid coronatis cum Domino iustis, soli peccas-  
tione promerenda salutis agendæ pœnitentia quam ha-  
buerat ruperserit: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti,  
districto judicii reddes. Pates literæ sensus: quia qui per  
impatiens inopia, furto servit, aut rapinis, dannum  
sue animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini  
pro hoc, certe aeterno judici rationem reddere habet. Unde  
alia editio ita hunc verbum transfluit: Male cogitans homo,  
multo damno affligerit: & si permisius fuerit, animam  
suam apponet: quia nimur cum pecuniam violentus absti-  
lerit, pro hac animam invitus dabit.

*Homo indigens misericors est.* Indigentem dicit humili-  
lem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recolit:  
talis namque ut misericordiam consequatur à Domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub sequen-  
tia annedit:

*Et melior est pauper quam vir mendax. Timor Domini ad  
vitam: & in plenitudine commorabitur absque visitatione  
peccati.* Melior est namque humilis corde, qui nihil fidet  
suis operibus, quam qui se pœnitentia virtutum viti  
notime dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo per-  
dit bona quæ gesit.

*Abcondit piger manum suam sub ascela: nec ad ossum  
applicat eam. Peccante flagello, stultus sapientior erit:  
si autem corripueris sapientem, intelligentem sapientiam. Qui  
affligit patrem, ignominiosus erit & infelix. Non ceses fili  
audire doctrinam, nec ignorare sermonem scientia. Nemo ita  
piger est ut ad os manum, vel comedendo reducere labore  
putet: sed pigrolabor est manus ad os porrige, quia des-  
titus quippe predicator, ne hæc vult operari quæ dicit.  
Manus quippe ad os porrige, est voci opere concordare.  
Denique converitus Dominus respexit Petrum, & recordatus  
est Petrus verbi Domini &c.*

*Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à  
peccato?* Notandum quod non ait: Quis potest mundum ha-  
bere cor, & purus esse à peccato? sed, quis potest dicere,  
inquit, mundum est cor meum, purus sum à peccato: quia  
sunt qui largiente divina gratia, possunt juxta humanum modum  
& cordis & operis munditatem habere: unde est illud  
Dominicum: Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

*Et in Psalm: Quis ascenderit in montem Domini,  
aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manus & mun-  
do corde.* Si enim nemo mundum habet cor, neque illus  
purus est à peccato: conséquens est profecto, ut nullus as-  
cenda in montem Domini: nullus hominum stet in loco  
sancto ejus. Quia vero constat multis ascensibus in montem  
Domini, statu quoque in loco sancto ejus: restat utique  
ut sint multi mundo corde, & juxta humanæ possibili-  
tatis modum puri à peccato: nec tamen seipsum quisquam  
mundum corde & innumenem esse à peccato abique temeritate  
pronunciat. Stulta est namque proprie laudis jactantia, tem-  
erarium de sua quemque innocentia, vel justitia gloriari.  
Et quia sunt qui sua laudare quæ fortia, proximo-  
rum vero facta velut vilia solent improbar: recte sub-  
jungitur:

*Pondus & pondus, mensura & mensura: utrumque abo-  
minabile est apud Deum. Pondus & pondus: hoc est, majus  
& minus, mensura & mensura, similiter major & minor,  
utrumque etiam abominabile apud Deum. Prepositi enim in  
Ecclesiæ prævives, has duplices mensuras in dominis,  
hoc est, conscientis suis habent: quia bonum quod alii  
imperant, ipsi minimè faciunt: & malum quod in subditis  
dannant, ipsi perpetrare non desunt. Pondus & pondus,  
mensura & mensura, hypocrita atque hæretici in domi-  
bus, hoc est in sensibus suis habent, in eo quod se mundos  
in cogitatione, & puros in actione sua esse mentiuntur: ex-*

teros verò velut sordidos atque peccatores respuant & contemnunt: quasi statera dolosa & mensura duplice, altera sua, & aliter facta proximorum pensant, ac per hoc in utroque abominabiles apud Deum existunt. Diversum namque pondus in domo sua, diversam habet mensuram: ut aliter videlicet in semetipso, aliter metatur in proximo, qui in suis semper actibus qua laudari, in aliorum vero quae vituperari possint, rimatur. Et ideo tales iuste abominantur Dominus: quia nimis quantum fibimetiphi absque meritis placet, tanto superno inspectori merito displicet. Verum quia periculorum est cuicunque de aliena conscientia judicare, cuius intentionem sècere nequit: dat consilium quibus indicis iudicium nostri cordis erga proximum dirigere debeamus: Nam sequitur:

*Ei qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscari. Qui maledicit patri suo & mari, extinguetur lumen ejus in mediis tenebris. Si quis voluerit tuis misericordiis amiciis: & hunc videris prioris amicorum secretis, hunc veluti perfidum cave.*

*Hereditas ad quam festinatur in principio: in novissimo benedictione carebit. Qui per avaritiam nequitiam in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab eterno patrimonio exahesores fiunt. Alter: Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. Qui gradum regiminis priusquam subesse dicenter, id est, ante tempus festinans, praeposterus accipit: in novissimo mercede benedictionis, quem bonum rectoribus debetur, carebit: qui ad mysterium altaris indoctus & temerarius accessit, & ipse in die novissimo gratiam remunerationis qua bene ministrantibus repromitur perdet. Potest & ita accipi, quod qui in presenti suas ulcisci vulni injuries, hic corona patientie in futuro carebit. Cui sensui potissimum videtur convenire quod sequitur:*

*Ne dicas, reddim malum: expelta Dominum & liberabit te. Quod etiam versiculo sequenti affrui cum dicit:*

*Abominationis est apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona. Duplex namque pondus & stateram habet suo in corde dolosam, qui dum peccaverit, ipse veniam petti a Domino: & nihilominus peccanti in le homini ac penitenti, quod peccavit dimittere non vult, eum qui Deus est flectere ad miserandum precibus fatigat, cum ipse homo existens, nullis hominum precibus flecti ad misericordiam possit. Qui jure quasi iniquus ponderator abominatur a Domino: quia suas injuries graviores quam Domini mensuram, Verbi gratia, nolens indulgere ei qui suam uxorem polluit: & postulans sibi indulgeri, cum forte desponsatam Christi virginem maculaverit, vel certe animam suam Deo in baptismate consecratam, aliqua vitorum sorde fecaverit.*

*Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit utrumque. Aurem audientem, dicit auditorem verbi obedientem. Oculum videntem, doctorem eruditum. Nemo ergo cum se scripturarum scientia institutum, & ad dicendum verbum Dei viderit idoneum, despiciat similitatem fratris: qui & si minus doctus ad prædicandum, non tamen minus est promptus ad dicendum, vel ad implendum bona qua dicit: sed recolat quia sibi maiorem scientiam gratiam dedit: ipse fratri qua habet spiritualia dona tribuit: nec sibi propter se columnudo, sed etiam propter fratris commoda tribuit dona qua voluit, dans unicus gratiam secundum mensuram donationis sue.*

*Noli diligere somnum, ne te egas opprimat: aperi oculos tuos, & satur te panibus. Noli diligere somnum peccati & inertie, de quo Apostolus ait: Horum est jam nos de somno surgere: ne te si non bene vigilare noveris, egas in futuro, illa gravissima ubi nec stilum aquæ unam fuisse invente queas occupet. Aperi oculos tuos cordis ad vigilias sanctas, & saturatorem tibi gaudiorum cœlestium bene vivendo conquire.*

*Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriaritur. Ergo & is qui æternam in celis premia comparare desiderat, malum est quod in presenti debet sustinere, ut cum recesserit de mundo, tunc glorie aperte perspicies. Quia non sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam qua revelabitur in nobis.*

*Est aurum & multitudine gemmarum: & vas pretiosum labia scientie. Tolle vestimentum ejus qui fidei usus exitus alieni: & pro extraneis aufer pignus ab eo. Hæc est gloriatio sapientis emptoris, qui quamdiu emerit, malum est dicere quod secum agitur; cùm autem recesserit, lacerabitur se sapienter emisse: sic etenim etiam cœlestis regni emptor ubi hinc recesserit exultabit, compreiens labia scientie, id est, doctrinam spiritualis qua usus est comparatione cœlestium, auro, gemmis & vasis esse assimilanda preciosissima.*

*Snavis est homini panis mendacii: & postea implebitur os ejus calculo. Cogitationes consilii roborantur; & gubernaculis tractandam fuisse bella. In quocunque membro quis*

*Lucerna Domini spiracula hominis: qua investigat om-*

*mia secreta ventris. Misericordia & veritas custodiunt regem, & reboratur clementia thronus ejus. Divini afflatus illuminatio cùm in mentem hominis venerit, eam fibimetiphi illuminans ostendit, qua ante Spiritus sancti adventum cogitationes pravas & portare poterat, & penfare nesciebat.*

*Exultatio juvenum fortitudo eorum: & dignitas senum caniculas. Canicem sapientiam dicit. Tunc etenim civitas cuiusque bene ordinata: tunc res sancta Ecclesia recte aguntur: cum & fortiores quique viribus necessariis insunt operibus, & seniores majore prudentia prædicti, de his quæ agenda sunt salubriter consilunt.*

*Livor vulneris abserget mala: & plague in secretioribus ventris. Gaudet justus cum bonis defudat operibus, quia sperat se proper haec bonus remunerandum esse perennibus. At vero reprobi dum mala qua Dominum prohibuisse norunt, faciunt, quamvis sua luxurias perpetratione carnaliter delectentur, mentis tamen pavore interno carere nequeunt, quia se mala perpetua passuros pro his qua temporaliter maleficerint non ambigunt.*

*Vir qui erraverit à via doctrina, in eam gigantium comorabitur. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vimum & pinguis, non distabitur. Gigantes dicit immundos spiritus, de quibus beatus Job: Ecce gigantes, inquit, genuit sub aquis, & qui habitant cum eis, id est, superbi & malefactors spiritus dæmoniorum cum his quos decepti hominibus pœnis subacti torquentur: horum enim cœtu sciabuntur, quia à via veritatis erraverunt, ipso judice attestante qui se illis dictum esse prædictit: Discedite a me malefici in ignem eternum, qui paratus est diabolus & angelis ejus.*

*Pro justo datur impius: & pro recto iniquus. Melius est habitat in terra deserta, quam cum muliere rixa & ira cunda. Justi & recti idem esse videntur, sed distat inter impios & iniquos, quod iniqui sunt omnes reprobi: impii vero qui majoribus implicati sceleribus, vel nunquam sanctæ mysteria fidei perceperunt, vel post accepta ad apostoliam redierunt. Unde potest hoc loco impius omnis fidelium persecutor dicitur accipi. Porro iniquorum vocabulo generiter omnes mali signari. Et pro iusto datur impius, cum pro martyre persecutor qui eum morti dederit punitur: pro rectis iniqui, qui eorum iustitiam videntes imitari solebant. Damatur Herodes, non tantum pro innocentibus quos impie nec tradidit, sed & argumentum damnationis accipit: quia fidem magorum sequi ad quaerendum Dominum noluit cum esset Judeus, & Propheta dicit cognoscere: hinc enim Dominus ait: Regina aufris surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam &c. Non quia ipsi sua virtute ac potentia condemnabunt, sed quia in eis comparatione condonabuntur, qui devotionem ejus scientes cum multo facilius posse, sapientia curam dissimulabant habere.*

*Theſaurus desiderabilis & oleum in habitaculo jussi, & imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iustitiam & misericordiam: inveniet vitam, iustitiam & gloriam. Claritas bonorum operum Deo semper amabilis, & pinguedi dilectionis in sanctorum Ecclesias refugit. Verum reprobri non tantum virtutes se non assequi, sed & perfici & quantum valent in bonis obruere festinant. Potest sane hic veritus & de quolibet martyrum accipi, in cuius habitaculo, id est, corpore, anima sancta, Dei videlicet theſauri servetur, abundant & unctio gratia spiritualis, ar persecutor imprudens hujusmodi habitaculum disrumpere potest: theſaurus vero qui habitaculo tenebatur & oleum, nequaquam tangere potest. Unde Dominus docet: Non timere eos qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant.*

*Civitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiducia ejus. Qui custodit os suum & linguam suam: custodit ab angustiis animam suam. Superbus & arrogans vocatur indotus qui in ira operatur superbiam. Desideria occidente pigrum: noluerunt enim quicquam manus ejus operari. Tota die concupiscent & desiderat: qui autem iustus est, tribuet & non cessabit. Hostie impiorum abominabilis, qua offendunt ex sceleri. Civitatem fortium, mundum dicit, qui quondam malignorum spirituum tyrannidi stulta subactus serviebat: habens fiduciam vite in occulto eorum qui non sunt dii, sed opera manuum hominum. Hanc civitatem in travis ille natus in carne, qui est Dei virtus & Dei sapientia: destruxitque per suos prædicatores cultum deorum, in quibus fuere confisi, veritatis ignari: atque in fide cœlestium connexos esse permittit.*

*Qui obiurat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit, & non exaudiatur. Generaliter haec accipienda sententia, & non egere tantum, vel corporaliter infirmo. Nam & qui criminibus alienis non affectu misericordie condole, sed judicantis maulvit tenere censuram, ostendit se nec-*